

donec aut accusatorem inueniat aut prauam opinio-
nem pertinaci animositate defendat, exclusi autem
aut penitendo redeunt aut in nequitiam male liberi
defluunt. ad ammonitionem nostrae diligentiae aut
schisma faciunt ad exercitacionem nostrae patientiae
aut heresim aliquam gignunt ad examen siue occasio-
nem nostrae intelligentiae. hi sunt existis xpiano-
rum carnalium qui non potuerint corrigi aut susti-
neri, saepe & iam sunt diuina prouidentia per non nul-
las nimium turbulentas carnalium hominum seditio-
nes expelli de populo xpiano & iam bonos uiros qui
contumeliam uel iniuriam suam cum patientissime
pro ecclesiae pace tulerint neque ullas nouitates uel
schismatis uel heresis moliti fuerint, docebunt homi-
nes quam uero affectu & quanta sinceritate carita-
tis dōser uendum sit. Talium igitur uiro-
rum propositum est. Aut sedatis remeare turbibus aut si id non
finantur uel eadem tempestate perseverante uel ne
suo reditu talis aut seuior oriatur. Tenent uolunta-
tem consulendi & iam eis ipsis quorum motibus per tur-
bationibusque cesserunt sine ulla conuenticulorum